



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Pileolus, parag. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

nus a) veluti interdicta Evangelico præcepto Monachi recusantes, tantummodo caligis (hoc est Græce b Sandalis) suos muniunt pedes, & Paulo post. Quibus tamen caligis, quamquam, licet tentantur, usque Domini mandato concessis, nequaquam tamen pedibus eas inherere permittunt, cum accedunt ad celebranda, seu percipienda Sacrosancta Mysteriorum; illud æstimantes, etiam secundum litteram, custodiri debere, quod dicitur ad Moysen, vel ad Iesum Filium Nave. Solve corrigiam calceamenti tui, locus enim in quo stas, terra sancta est. Hactenus Cassianus.

§. IV.

Pileolus.

1 Capite operto incedere usque ad præsentiam Altaris

a Cassian. lib. i. de habitu Monach. c. 10. b In Annotat. ejusdem Cassian. V. caliga.

ris debet Sacerdos, ibi ramentum, aperto capite, ad Missam procedere *exc.*
Nullus Episcopus de consecr. dist. prima.
 Sed dubium est, an ita pileolo uti quis possit, ut conamotum celebrare sacrum valeat. Negandum id est, citra facultatem rite concessam, vel citra necessitatem, hac enim necessitate existente, posse Sacerdotem, capite pileolo cooperto, celebrare petendi facultatem, docet Delugo, & gradumque necessitatis sic explicat Marchinus. *b* Non crederem esse mortale (quidquid dicat Gavancus) absque dispensatione, sed cum iusta causa puta ob nimiam regionis frigiditatem, capitis debilitatem, vel senectutem, vel ob calvitium, celebrare, cum pileolo usque ad Canonem si difficile esset petere dispensationem, & usus pileoli de raro contingeret. Ducor, quia decreta Sacra Congregationis, de hac re, sunt directiva, non praeceptiva, *exc.* & infra: Quod si alicubi esset poena excommunicationis, est comminatio,

*minatoria, quæ ex Suario, Sanchez, Ca-
jetano non semper est signum mortalis cul-
pæ. Hæc Marchinus : & quoad illud
quidem (usque ad Canonem) ali-
qui ^a extendunt usque ad Consec-
rationem, aliqui ^b loquuntur abso-
lute.*

2. Olim autem Episcopus, im-
mo & Prælati ^c Religionum pro
suis dispensabant in hac re, nunc
ad reservatur Pontifici in Missali
novo Urbani 8. his verbis : *Nemo
audeat uti pileolo in celebratione Missæ
rum sine expressa licentia Sedis Apostolicæ
non obstant quacunque contraria consue-
tudine.*

3. At vero sicuti in multis po-
test Prælatus dispensare in casu
necessitatis, ^d quando non datur
recursus ad Pontificem ; ita po-
terit, in hoc, de Pileolo : solum ad-
verte,

^a Bonac. d. 4. de Euch. q. ult. p. 9. n. 29

^b Delugo modo citatus

^c Henric. Scortia, Layman. apud
Dian p. 2 t. 4. ref. 8.

^d Sanch. lib. 2. de matr. d. 40. n. 6 & 7.

verte, non requiri magnum necessitatis gradum, quia res, de qua agimus, non est tam gravis; Quare necessitates modo numero primo dictæ erunt sufficientes ad hoc, ut Episcopus, vel Prælati possit dispensare, si non sit recursus, vel sit difficilis ad Pontificem, sicut si difficile sit ad Prælatum recurrere, sufficientes ibidem erant ad hoc, ut fieret etiam sine dispensatione. Id quod insinuat prædictum decretum num. 2. allatum, dum dicit (Nemo audeat) non enim est præsumere, quando necessitas urget & non est petendi dispensationem opportunitas.

4 Sed quod peccatum est, cum causa quidem, sed sine dispensatione, quæ posset facile obtineri, celebrare cum pileolo? Dico extra scandalum, & contemptum, non esse mortale. Ratio est, tum quia non videtur ex se gravis irreverentia, tum propter aucto-

res & magni nominis nobiscum sentientes. Sane Vasquez *b* afferit, omnes Sacerdotes in Polonia, hyeme, velato capite, usque ad consecrationem Altari adesse, probarque posita causa posse id fieri, etiam sine licentia, quia dictum c Nullus, præsumptionem requirit.

§ In China licitum est celebrare totam Missam aperto capite, quia ibi signum reverentiæ non est aperire, sed tegere caput, licet ad omnem scrupulum amovendum Pauli V. licentia ad id accesserit.

§. V. Mi-

a Silvest. Ang. Tabien Rodr. Henrig. Grassius Bart. ab Ang Mirand. Scorin. Fagund. Ladesm. quos sequuntur, citantque March. de ord. t. 3 p. 3. c. 4. num. 11. Diana p. 2. tr. 14. res. 58.

b Vazq allatus, approbatusque à Cap. Prop. de Sacris. tr. 22. d. unic p. 10. num. 18. c. Prop. de Sacr. q. 83. art. 3. d. 6.